



Disputatio juridica trigesima septima de eo quod interst

<https://hdl.handle.net/1874/341242>

DISPUTATIO JURIDICA
TRIGESIMA SEPTIMA,
D E

Eo quod Interest.

Q V A M

D. O. M. I.

P R A S I D E

Viro Clarissimo,

D. ANTONIO MATTHÆO, Juris Ante-
cessore Primario, In illustri Academiâ
Ultrajectinâ.

Publicè defendet

CASPARUS FAGEL Haga-Batav.

Ad diem 25. Febr. horâ locoque solitis.



ULTRAJECTI,
Ex Officina JOHANNIS à WAESBERGE,
Anno M. D. C. LII.

Clarissimis, Consultissimisque Viris.

D. GUILIELMO ab HEUCKELOM,
J. U. D. & Republicæ Neomagensis Consuli.

D. HENRICO FAGEL, J. U. D. & in
Hollandiæ Curia Advocato.

D. FRANCISCO FAGEL, J. U. D. &
in Hollandiæ Curia Adyocato.

D. NICOLAO ten HOVE, Rerum Indiæ
Occidentalis in Camera Delphensi Præfecto.

D. NICOLAO FAGEL, J. U. D. & in
Hollandiæ Curia Advocato.

D. JOSIAE SAGGERS, J. U. D. & in Hol-
landiæ Curia Advocato.

Fratribus, sororiis, & Cognato suo,

Hoc legale Exercitium

D. D. D. C. Q.

C A S P A R V S F A G E L ,

Respond.

D I S P U T A T I O J U R I D I C A
T R I G E S I M A S E P T I M A ,

D E

Eo quod Interest.

T H E S I S I .



Nteresse nihil aliud est, quam utilitas amissa, vel damnum illatum dolo vel culpa adversarii, quod officio judicis taxandum est juxta vulgatam formulam : Quantum mihi abest, quantumque lucrari potui : *I. 2. l. tutor 8. D. de in lit. jur. l. Julianus 9. §. ult. & l. pen. D. ad Exbib. l. si commissa 13. D. rem. rat. hab. l. ult. D. de prat. Stipul. l. si fundus 33. §. nam et si colonus D. locat.*

II.

Hæc definitio excludit primò interesse finitum : tametsi enim à multis dividatur in finitum & infinitum seu incertum : *Hotom. disput. de eo quod inter cap. 2. n. 6. Rebuf. in schem. tamen finitum seu pœna non est species ejus quod interest, cum pœnam stipuletur & ille cuius nihil interest. §. alteri Inst. de inut. Stipulat. Molin. in tract. de eo quod inter n. 17. & seq. Donel. 26. com. 15.*

III.

Secundò, excludit hæc definitio divisionem interesse in commune & singulare. Ratio enim ejus quod interest ad affectionem communem redigenda est: non ad singularem. Certè nec amoris, nec honoris, nec pudoris, nec mœroris, nec ultionis interesse ullum hic admittimus. *l. si servum 33. D. ad leg. Aquil. l. ult. D. de his qui dejec. vel effud. l. pretia 63. D. ad leg. Aquil. Donel. d. cap. 15. Molin. d. tract. n. 14.*

¶ 17. Alciat. ad l.un.C. de eo quod inter. cap. 6. n. 13. Giph. in d.
l.un. pag. 259. Adde Baron. 4. de divid. ¶ individ. oblig. cap. 6.

IV.

Tertio rejicimus hac definitione divisionem ejus quod interest in intrinsecum & extrinsecum : Intrinsecum enim, veluti fructus, partus, & similia non sunt species interesse. Relinquitur ergo, ut interesse omne potius extrinsecum quam intrinsecum sit. l.inter hæc verba 179. l. hæc verba 193. D. de V.S. d. l. si commissa 13. D. rem rat. hab. l.in furti actione 50. D. de furt. l. 4. §. hæc autem actio D. vi bon. rapt. l. 1. l. si ja-
etum 12. D. de act. emt. l. evictare 70. D. de Evict. Molin. d. tract. n. 13. Non tamen nego, quin alio sensu etiam intrinsecum interesse dici possit. Vide Alciat. d. tract. cap. 7. Giph. in d. l.un.

V.

Illud nihilominus verum est, utilitatem quam interesse vocamus, debere esse in re principali, vel circa rem : com-
mentitiae enim & longius quæsitæ utilitatis non est haben-
da ratio l. un. vers. ut hoc quod revera C. de sent. que pro eo quod
inter. prof. l. pen. D. ad Exhib. l. interdum 49. D. de furt. Ut si di-
cas insulam, quam non ædificavit promissor, donaturum
te fuisse principi: aut si cautionem exigas à promissore, quod
dicas posse eum labi facultatibus, aut mercator dicat, non
soluta à te pecunia labefactatam esse fidem suam : &c, Cu-
jac. in par. C. d. tit. Donel. 26. com. 23.

V I.

Inde quæsitum, an audiendus emtor, qui dicit, traditis
mercibus potuisse se negotiari, & grande lucrum facere ? Negat Paulus in l. si sterilis 21. §. cum per venditorem D. de act.
emt. & Hermogenianus in l. ult. D. de peric. ¶ com. rei vend.
Affirmat Ulpianus in l. 2. §. nunc de officio in fin. D. de cond.
qua cert. loc. Nullum hic dissidium est. Molin. d. tract. n. 96.
¶ seqq. Donel. ad d. §. nunc de officio n. 8. ¶ 9. ¶ d. cap. 23. Co-
ras. 3. miscel. 13. Costal. ad d. l. ult. D. de peric. ¶ com. rei vend.
Menoch. 2. arb. cas. 119. n. 25. Alciat. d. tract. cap. 9. n.
16. ¶ seq.

VII.

VII.

Quæsitum etiam de damno , si emtor queratur , tritico non tradito familiam suam fame periisse , an sit perempta familiae habenda ratio ? Negat idem Paulus in d.l. 21. §. cum per venditorem D. de act. emt. Nec adversatur l. Julianus 13. pr. D. eod. vers. si vero sciens. l. sed addes 19. §. 1. D. locat. l. 2. §. ult. vers. quid enim. D. Q uod cert. loc. Cujac. in d. §. cum per venditorem. Molin. d. tract. n. 54. & 55. Donell. 26. com. 23. Hotom. d. tract. n. 10. 11. & 12. & cap. 4. n. 14. & 15. Baro. 4. de divid. & individ. 7.

VIII.

Fingamus interesse quidem , sed ex causa inhonesta : an hujus utilitatis habenda est ratio ? Non est: l. tum n. 11. l. ita-
ue 12. §. 1. l. qui re 76. §. 1. D. de furt. & l. si gratuitam 17. §. ult.
D. de praescr. verb. l. de usuris. 27. §. 1. C. de usur. l. si procul-
rat. rem 8. §. mandat actio 6. junct. l. si mandavero 22. §. qui adem
6. D. mand. Donell. in d. §. nunc de officio n. 8. & d. cap. 23.
Alciat. d. tract. cap. ult.

IX.

Quantum ad aestimationem ejus quod interest , distin-
guit Imp. in d. l. un. casus certos ab incertis. Certos vocat,
in quibus certa continetur quantitas , vel natura. Incertos
contra, in quibus neutrum. De quorum verborum intelle-
cta digladiantur interpres cum veteres , tum recentiores.
In universum autem duodecim opiniones refert & refutat
Molinæus d. tract. n. 21. & seqq. Nos cum eodem Molinæo
n. 42. & seqq. Donel. 26. com. 17. per certam naturam in-
telligimus non solum certam speciem , sed & genus , veluti
hominem: & factum , cuius ex conventione contrahenti-
um certa aestimatio haberi posset. aig. d. l. un. verb. in loca-
tionibus. Diss. quantum ad genera Alciat. d. tract. cap. 2. n
16. Giphan. in d. l. un. pag. 261. Baro. 4. de divid. & indiv. §
X.

Hoc amplius si species debeatur ex alternativa obligati-
one , veluti Stichus aut Pamphilus , casus nobis certus erit :

non obstante l. ubi 75. §. qui illud aut illud D. de V.O. Donel.
d. cap. 17. Molin. d. tract. n. 43. Sed et si ususfructus certi fun-
di in obligatione sit, casus certus erit. Molin. d. loc. n. 75.
nec recte hoc judici definiendum reliquit Baro d. loc.

X I.

Incerti casus sunt, cum factum conuentione contrahen-
tium non definitum, est in obligatione. l. si quis ab alio 13.
in fm. D. de re jnd. l. 2. §. ult. Qui satisf. cog. cum posseslio
l. pen. §. ult. D. ut. possid. l. 1. §. ex die D. de vi & vi arm. Item si
agatur de restitutione operis l. semper 15. §. hoc interdicto D.
Quod vi aut clam. l. si tertius 6. §. ult. D. de aq. & aq. pluv. arc.
aut de cautione præstanda d. l. si quis ab alio pr. Cujac. in par. C.
b. Confer Donell. 26. com. 18. Hotom. d. tract. n. 13. & 14.

X II.

In certis casibus ita æstimandum est id quod interest, ut
ne excedat duplum rei principalis in casibus incertis iudex
æstimabit, quantum in veritate intersit, & in dubio in-
clinabit in minoris summæ condemnationem. Ita Imp. lo-
quitur d. l. un. C. de sent. qua pro eo quod inter. profer. neque ve-
risimile est, cum scripto pugnare sententiam.

X III.

Vehementer tamen premi videtur hec definitio isto ar-
gumento: Vietor vasa, faber tignum, pastor orem vitiosam
vendidit: perit vinum, domus, grex: an non absurdum, æ-
stimationem damni non excedere duplum vasis, tigni, ovis?
d. t. sed addes 19. §. 1. D. locat. l. tenetur 6. §. si vas 4. l. Julianus
13. pr. D. de act. emt. Hujus argumenti pondere impulsus
Hotomannus prætulit ineptam Martini Cosiq interpretati-
onem. in Epit. de usur. n. 55. licet constitutioni Justinianæ
non esse accommodatam fateatur. Verùm non recte, cum
superior objectio commode removeri atque dissolvi possit.
Donell. 26. com. 19 Molin. d. tract. n. 48. & seqq.

X IV.

In eodem exemplo illud quoque controversum est, - u-
trum ille duntaxat teneatur in omne quod interest, qui sci-
ens

ens vendidit vas vitiosum, tignum, ovem, an & qui igno-
rans? Julianus & Ulpianus scientem duntaxat teneri dicunt
in d.l.13. Utrumque verò Labeo & Pomponius in d.l.6. Cas-
sius & Ulpianus in d.l.19. Hæc quoque difficultas commoda
ratione tolli poterit. Molin. d. tract. n. 49. ¶ 55.

XV.

Cumque obstantia commodè removeri possint, non vi-
dentur illi audiendi, qui hanc definitionem Justiniani tan-
quam ineptam damnant. Inter quos Steph. Forcatulus d-
al. 41. dum rationem ejus quod interest, commodius iniri
posse putat ex l. in fundo 38. D. de rei vind. ineptum ipse se
prodit, meritòque eo nomine reprehensus est à Molinæo d.
tract. n. 58.

XVI.

Videamus an finitio illa dupli pertineat etiam ad delicta?
Et licet ex veteribus Accursius, Bartol. & Salicetus, ex re-
centioribus Baro in tract. de divid. ¶ indiv. 4. cap. 4. & 5.8.
fuerint in ea sententia: verius tamen est, hanc legem ad con-
tractus duntaxat, non etiam ad delicta pertinere. Alciat. in
d.l.un.cap. 9. n. 8. ¶ cap. 10. Molin. d. tract. n. 154. & seqq.
Giph. in d.l.un. pag. 264. Quod autem idem Molinæus, d. loc.
Cujacius ad l. ¶ cum forte 44. D. de act. emt. tract. 8. ad Afric.
& Donellus d. cap. 19. Giph. d. loc. tradiderunt, etsi in cōtractu
dolus adversarii versetur, cessare taxationem dupli; id cul-
pare non ausim. d.l.6. §. si vas. d.l. Julianus 13. pr.l. idque 45. D.
de act. emt. l. 19. §. 1. D. locat. Confer Hotom. d. tract. cap. 4. n.
16. ¶ 17. Alciat. d. tract. cap. 5. n. 6. & 7. ¶ cap. 9. n. 19.

XVII.

An pertinet ad pœnas conventionales? Hac de re quatu-
or diversas opiniones enarrat Molinæus d. tract. n. 159. Ex
quibus pessimam vocat quartam Azonis, qui id sine distinctione negavit.
Nobis verò ea optima videtur: nec quicquam solidi videmus respondisse Molinem, ad fundamen-
ta istius sententiaz. Certè dupli sine nequaquam coercendæ
sunt. l. si dictum 56. D. de Evit. l. si curator 5. D. de jur. fisc. l. ult.
in fin.

in fin.C.de Sponsal.l. Stipulatio ista 38. §. alteri D. de V.O. Re-
buf.d.l.un.n.546. & seqq. Cujac.in d.l.44. & 16. obf. 34. Donell.
26.com.24. Fab.2.conj.3. à pr. Imb.in enchir.verb.pœna conven-
tionalis. Diss.præter Molin. Hotom.d. disp. cap. 4.n.13. Alciat. d.
tract. cap. 11.n.4. Giph.in d.l.un. cap. 263. & 264. Menoch. 2.
arb. cas. 260.n.16. & seqq. Alter Comes.ad leg.T aur. 68.n.4.

XVIII.

An ad eas causas, in quibus actori , propter contumaci-
am rei, juramentum in item defertur , ita ut ultra duplum
jurare non licet? Minime: verbum enim nullum est in d.l.
un. unde id colligi possit : & contrarium non obscurè indi-
catur l.4. §. jurare D. de in lit.jur.l. qui restituere 68. D. de R.
V. l.non ab judice 64. D. de jud. Alciat. ad d.l.un. cap. 6.n.20.
& seqq. Donell.ad d.l.4.n.3. Duar.ad tit.D. de in lit.jur.n.27.
& 28. Diss.Bart. & com.Dd.ad d.tit. & d.l. un. Costal.ad d.l.4.
§. deferre.

XIX.

De tempore etiam videndum, cuius in taxando eo quod
interest ratio haberi debeat? Verisimile est, si diem vel con-
ditionem habuerit contractus, spectandum cum diem, quo
novissime solvi fierive potuit, l. si Kalendis 11. D. de re jud. l.
qui autem 12. §. 1. D. Si quis cauit. jud. fist. caus. fact. non obtemp.
junct. l. quoties 59. & l. seq. D. de V.O. Molin. d. tract. n. 72.
Conf. Alciat. d. tract. cap. 8. Sin minus, in strictis plerumque
tempus quo petitur: in bonæfidei judiciis tempus rei judi-
candæ spectari arg. l. vinum 22. D. de reb. cred. l. ult. D. de
cond. tr. tic. l. 3. §. in hac D. commod. l. 3. §. pen. & ult. d. l. si steri-
lis 21. §. cum per venditorem D. de act. emt. l. hominem 37. D.
mand. Alciat. d. tract. cap. 8. Molin. d. tract. n. 72.

X X.

Id quod interest, ejus quod interest, non magis videtur peti posse,
quam usura usuræ, aut pœna pœnæ. l. neque 15. D. de usur. l. ut nullo
modo 28. C. eod.junct. l. Julianus 13. §. ibidem Papinianus 26. l. si steri-
lis 21. §. cum per venditorem D. de act. emt. l. ult. D. de peric. & com.
rei vend. Et licet Menochius 2. arb. cas. 219.n.18. & seqq. admittat inter-
esse secundum, si & debitor in mora fuerit ; & creditor solitus sit
negotiari , & propter moram debitoris decolarit probabilis lucri
spes: temperamentum tamen ejus nequaquam admittimus.

D I S P